



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1625**

§. 2. Zelosorum exempla circa legum custodiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39637**

faciendi quicquid poterit, ad hæc peccata impedienda, & ea damna repanda: siue puniendo delinquentes, siue contra hostes Dei & Reip. pugnando, seq; si opus esset, magna animi fortitudine ad mortem in hac cauâ subeundam offerendo: eum in modum, quo S. Ioannes dicit de Christo D. N. quod *c zelus Domus Dei comedederet eū*: quod videret, tot in ea fieri peccata. Et hic zelus effecit, ut ipse quasi flagella de funiculis faceret, ut euiceret de templo eos, qui illud prophanaabant: & idem zelus effecit, ut postea corpus ipse suum offerret ad flagella, & ad mortem crucis, pro bono hominum. Ita palam ostendens infinitam suam Charitatem, d<sup>r</sup> ponendo animam suam pro amicis suis: nam zelus amoris, si alios punit, id facit, ut alios protegat, & illis benefaciat, ac propterea Isaias *pallium zeli* appellauit: nam quemadmodum *pallium* est reliquis vestimentis latius, eaque cooperit ac munda seruat; ita zelus amoris valde dilatatur, & cooperit, protegit, & custodit leges ac virtutes, earumque omnes actiones: dando operam, ut in puritate & integritate conseruentur. Et boni Principes, & gubernatores pallio zeli tegunt & defendunt omnes suos subditos, iuuantes eos, ut probi sint, & virtutum perfectioni studeant, remouendo omnia impedimenta, quæ improbi illis adferrunt. Ac propterea Apostolus dixit: *e Principes non esse timore boni operis*, nam boni non indigent huiusmodi timore, ut peccata fugiant: quia virtus eos ad id impellit; sed mali, ut improborum scelerâ impedian. Sed utrisque sunt ministri Dei in bonum suorum ciuium, quia remunerat & fouet bonos: ut in bono perseverent; malos verò punit: ut à malo desistant, & non afficiant iniuria, nec impedian bonos. Vocat autem *Principem ministerum Dei*, ut intelligat, se habere supræse supremum alium gubernatorem eisdem armis ornatum: qui attente vigilat, ut iustitia exerceat, quando eius minister id negligit, conuertetque in ipsum iuste suæ indignationis, & zeli arma. quibus illum paniet; quia ipse alios non puniuit, cum iustitia, virtus, & zelus id iubebant: Iuxta sententiam Dei in Regem Israel, qui vitam iniuste donauit Regi Syriæ, dicens: *f quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua, pro anima eius, & populus tuus pro populo eius, tu scilicet morieris, & populus tuus in ea incidet mala, & punietur, sicut illius populus puniri debuit*. Et hic timor sufficere debet, ut Principes non negligent administrare iustitiam, memores eius, quod dixit Rex Salomon, quando iussit occidi Ioab, *ed quod proditorie occidisset Abner & Amasa*; dixit enim Banaïæ: *g interfice eum, & amuebis sanguinem innocencie, qui effusus est a Ioab, a me, & a domo Patris mei*.

*§. 11. Zelosorum exempla circa legum custodiam.*

**Q**UAE hactenus diximus illustrabuntur, adductis insigniis virorum exemplis, quorum catalogum fecit Matathias pater Machabœorū, ut alios iuos animaret, cum Respublica multis miserijs & calamitatibus esset

referta:

*c Ioan. 2. 17.*

*d Ioan. 15.*  
1.  
*zelus est  
pallium vir  
tutum &  
subditorum.*

*e Rom. 3. 5.*

*Principes  
minister  
Dei.*

*f 3. Reg. 20.*

42.

*iustitia ne-  
glecta & pena.*

*g 3. Reg. 2.*

1.

a. Mach. 2.

30.

refertā: a attendue, inquit, quod nunc confortata est superbia, & castigatio, & tem-  
pus reuersionis & via indignationis. Nū ergo filii, & imitatores est ote Legis, & date a-  
nimas vestras pro testamento patrum vestrorū; & memento operum patrum, que  
fecerunt in generationib⁹ suis, & accipieis gloriam magnam, & nomen aeternum.  
Et statim iubiecit præclara vndeclim clarissimorum virorum facinora, Abra-  
ham Ioseph, Phinees, Iosue, Chalcb, Dauidis, Elia, Danielis, triumque eius  
sociorum Anania, Azaria & Misaels, qui zelosi valde fuerunt, Legisque  
Dei obseruatores: alij in seipsis eam: teruantes, alij dantes operam, vt reliqui  
etiam eam seruarent. Cuius causa grauissimis periculis & laboribus se ob-  
cerunt inuicta quadam animi fortitudine, quam zelus ipse, quem habebant,  
illis subministrabat, & ita obtinuerunt Pontificatum, Regnum, & victorias  
insignes de suis hostibus, aliosq; glorioſos euentus, quibus Deus zelum il-  
lum, & constantem ipsorum obedienciam remuneravit.

Zelantes

in se.

I.  
Abraham  
obedientis.

b Gen. 22.16

Voluntas  
propria ab-  
neganda.

c Mat. 18.8.

d 1. Reg. 14.  
39.44.  
Zelus Sau-  
liae innocen-  
tis.

PRIMVS horum dux est Patriarcha ABRAHAM, in quo præluxit zelus obedi-  
entie in grauissima tentatione. Cum enim Devs ad eius fidem & fidelitatem  
probandam iuberet, offerri sibi in sacrificio vnicum eius filium ISAAC, tan-  
tum habuit zelum DEI voluntatem implendi, vt quo illam expleret, decre-  
uerit non parcere proprio filio. Quæ eius obedientia aded placuit Deo Do-  
mino nostro, vt mille benedictiones propterea illi impetraret: b quia fecisti,  
inquit, hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito proprie me: benedicam ibi, &  
multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli: posse debit semen tuum portas inimico-  
rum tuorum: quia insignes de eis victorias reportabunt, cuius exemplo de-  
bent Principes, & gubernatores de eo gloriari, quod non sint propria  
sua voluntati nimis addicti; sed prompti & parati ad eam celeriter abne-  
gandam: quando id fuerit ad diuinam explendam necessarium, & offerte  
se, etiam proprio filio non velle parcere: quando lex iustitia ad id obliga-  
ret, quam debent omnibus perfonis, & rebus huius vita, etiam dilectissi-  
mis & pretiosissimis præferre: cogitantes, Deum tentare & probare ipsorum  
fidelitatem & obedientiam, quando tales illis permittit occasionem: vt sit  
necessæ, aut legem transgredi, & iustitiam violare; aut rem, quam plurimum  
amant, amittere. Et tunc subdent se illi præcepto Christi Domini: c si oculus  
tuus, aut manus dextera, aut pes scandalizat te, absconde eum, ne mittaris in ge-  
hennam ignis. In hoc fuit singularis & excellens zelus Saulis antequam re-  
mitteret de suo feruore: cum enim causam inuestigaret, cur Deus iratum se  
ostenderet, & consultus responsum non daret, iurauit dicens: d viui Domi-  
nis, quia si per Ionatham filium meum factum est absque retractatione morietur, &  
cum Ionathas deprehensus esset, dixit Saul haec faciat mihi Deus, & haec addat:  
quia morte morieris Ionatha. Quod ferè perfecisset, nisi populus omnis se op-  
posuisset, & Ionatham liberalasset. Sed magis adhuc glorioſum est exemplum

ipsius

zelus Dei.  
c Rom. 8. 32.2.  
Ioseph ca-  
stus.  
t Gen. 39. 8.

g Mach. 2. 53

3. 4. 5.  
Irram pue-  
rorum fides.  
n Dan. 3. 15.6.  
Danielis re-  
ligio.  
v Dan. 6.Legis Dei  
emulatori  
nil nocebit

ipius in facto illo Abraham significabatur, adeò enim fuit zelos ad peccatum destruendum, ut dicat Apostolus : *e qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*, ut scilicet pro peccato, cum x- qualitate iustitiae satisfaceret. Non fuit minus illustre in suo genere exemplum Patriarchæ IOSEPH, in quo eluxit zelus custodiendi legem, & seruan- dicastitatem, & iustitiam in seipso, & in propria sua Domina, quæ erat cōiu- gata, & simul zelum habēs honoris Domini sui. Ac propterea *f* noluit acquisi- tere operi nefario adulterij : quamuis periculo se expoluerit vitam & ho- norē amittendi, licet reīsa non amiserit, sed potius de eo dicit Matathias :

*g Ioseph in tempore angustiæ sua custodinit mandatū, & factus est Dominus Ægypti: quodnā autē hoc fuit mandatū, nisi castitatis, & iustitiae, & fidelitatis : q* uia feruēti zelo impleuit, eleuatus à Deo est, vt esset vice Rex & gubernator totius Ægypti. Quanto ergo magis digni erunt, qui regna sua & domi- nia conseruent, qui valde fuerint feruentes in his præceptis custodiendis.

Sed magis prodigia fuerunt illustrissima duo exēpla, quæ attulit Ma- tathias, ad significandum zelum, qui meritò splendere debet in gubernatoribus, qui tyrannis suaq; voluntatis tenacissimis Regibus subsunt : alterum est trum illorū insignium virorum ANANIAE, AZARIE & MISAELIS: quibus Nabuchodonosor Rex insignia gubernationis munia commiserat. Sed quando iussit eos statuam illam auream adorare, quod si facere recusarent, headem hora mittendi essent in fornacem ignis ardantis, ipsi tamen adorare no- luerunt. sed magna animi fortitudine, diuina potius quam humana, nec fu- riosum Regis vultum, nec horrendum ignem, quem præsentem habebant, horruerunt; offerentes se potius ad mortem in illis flaminis, quam minimū subtrahere adorationi, quam cælesti Regi se debere agnoscebant.

Huius simile est alterum exemplum socij eorum, DANIELIS scilicet Pro- phetæ, qui cùm esset unus ex tribus Principibus, qui Regis Darij regnum gubernabant, & lege quadam iniusta ab ipso Dario lata, cautum esset, ne quis spatio tringita dierum aliquid petere auderet a Deo, sub ea interminatione quod qui deprehenderetur, muteretur in lacum leonum: Ille non acquieuit tali legi, quamuis honorem & vitam esset amissurus. Sed nullus horum vi- rorum in his periculis periret, ed quod elegissent Deo potius obedire, quam Regibus : qui Deus prodigiose tres illos pueros liberavit, ex fornace ignis, & Danielē a crudeli illo lacu. Ut ex his exemplis discant Gubernatores, & iudices, præcipuam suam curam in Legis DEI custodia collocare; ma- gno illam zelo, animique fortitudine omnibus huius mundi rebus præfe- rentes; nec ferentes, ut ob aliquos timores, & humanos respectus in eare vacillent, aut flectantur. Et quamuis dignitates alias Regumque fau- res prius obtinuissent; nunquam debent illis obedire in re aliqua contra

Deum; sed potius eligere, à Regu in gratia excidere, aut vitam ipsam amittere, quam suam conscientiam aliqua culpa maculare: fidentes Deo omnipotenti, ob cuius obsequium huic periculo sese offerunt, quod si ita expediet, sit ipsos ab eo periculo liberatus. Quod si quando permiserit, eos corpore mori: id erit, ut anima viuat *eternum*: & dignitate quidem terrena excedent; sed Reges euadent in cælo, vbi Regibus ipsos opprimentibus præfarentur in honore. Ed autem diriguntur insignia illa verba, quæ venerandus ille Matathias subiecit, vt filios suos magis instigaret: quos Rex Antiochus crudelissime persequebat, vt eos ad Legis Dei transgressionem horrendis cruciatibus impelleret: kā verbis inquit, *viri peccatoris neminiueritis: quia gloria eius sterco & vermis est. Hodie extollitur, & cras non inuenies* iur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius periret. *Vos ergo filii confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipsa gloriosi eritis*, potentior est Deus ad vos extollendos, quam sit tyrannus ad opprimendos. Gloria Regum improborum tanquam *stercus* est, vt quæ ob eorum pessima opera valde fœtet: & tanquam *vermis*, qui conscientias rodit: estque tam brevis, vt non duret ultra diem; adeò est fragilis, vt sit in puluerem conuertenda; adeoque inanis, atque vanam quædam *cogitatio*. Opponite itaque vos hosti huic magna animi fortitudine, zelantes gloriam legis ac legislatoris, cuius virtute glorificabitini, & de vestris hostibus triumphum agetis.

§. III. Exempla zelantium obseruationem legum in aliis.

**T**RANSEAMVS ad alia quatuor exempla magis propria zeli, qui studet vī lex Dei in Republica seruetur, & iniurias vlciscitur, in eam factas. Quorum primus valdeque insignis fuit PHINEES nepos summi Sacerdotis Aaron, cuins zelum extollit Matathias, dicens: a Phinees zelando zelum Dei accepit testamentum, & supremam Sacerdotii eterni dignitatem. Quē zelū in eo ostendit, quod b̄ arreptō pugione, perfoderit virum Hebreum & mulierem Morbitidem simul iacentes. Appellatur autem zelus Dei, cō quod ipse illum inspirauerit, & Phinees intuitu ipsius Dei illo fuerit permotus, zelando ipsum honorem & custodiā legis eius. Estq; viuū quoddā exemplar zeli, quē Christiani Reip. moderatores habere debent. Nā esto Ecclesiasticis non licet pugionem propria manu accipere contra peccatores, certis tamē temporibus inerito adhibere debet *excommunicationis pugionem* in rebelles & inobedientes: occidendo eos spirituali hac morte, quæ eos abscondit ab Ecclesia, & à reliquo Christianorum communicatione separat; & (vt Apostolus ait) cō tradit ipsi Satana, non in eum finem, vt ab eo deuorentur, sed vt hoc metu perculsi, ad seipso redcant, suiq; peccati eos pœnitent. Seculares vero Principes, licet nō propria manu gladiū materialem accipient, vt per seipso puniant delinquentes: debent tamen gladium zeli arripere firmissi-

Momentum  
perias. ater-  
nū manear.

ki. Mach. 2.  
62.

Zelantes in  
aliis.

I.  
Phinees  
castratis.  
a Mach. 1.2.  
54.  
b Nu. 25.8.

Gladius ex-  
communica-  
tionis.

c. . . 55.